Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Vita sancti Sulpicii episcopi cuius depositio est. XVI. kalendas. februarias

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

quam decebat licentia contegunt dum membra seui
tiatibus comminuta & pene discerpta. Acetum sinonos
situs loci tamen sui reddunt vespertinum. Iam
iamq; tempus diei illius luce temperabat & cludere.
atq; in adversis locis corpora numerosa ad unum
inter in locum statim festinatq; congesta atq; acer
vatu sunt. Ita tamen religiose laborantis dictabat
sps. ut ubi pastor percussus iacebat. illo & ovium
grex de passione purpureus colligeretur. Quod
divinitus factum ipsa res protestata est. ut qui
do sacrificium semet obtulerunt. aram di circum
circa perambitam coronantur. ut et pri sicut
obsequia exhibebantur. a populo sacerdotium
administranti. etiam martyrio promotus
comitatum & obsequiis suorum conmartyrum.
frueretur. O vere divinum & longe diversu
a sapientia humana consilium. O mysterium
procul a disciplinis omnibus repertum. sicut
ipse dns omnips per prophetam. Non sunt inquid
cogitationes mee sicut vre. neq; vie vre sicut
mee. sicut eni distat celum a terra. ita distant
vie mee a viis vris & cogitationes mee a se
nsu meo. In acie deniq; nationum adversa
rium interfecisse victoria est. In uno certami
ne occidi ab inimico triumphus est. Valde enim
misere vincit qui homicida post victoriam vi
vit. gaude & exulta pia mater ecclesia que
disciplinis erudita celestibus inaccusabili atq;
inlibata conflictatione luctaris. si enim re
sistendum est mente non armis resistis. si con
grediendum non manu sed fide congrederis.
h aec te pugnarum con flictationumq; diver
sitas probat in caelo coronat in caelo commendat
dno xpo. si et vincit qui vivit post victoriam
restat. si et triumphat cuius quam finitur tri
umphus tibi soli licet
pie congredi beneficium alieno maleficio
consequi pati & virgine consuetum
vincere. Cui est gloria & imperium
in secla seclorum. amen.

EXPLICIT PASSIO SCI DONATI.

INCIPIT. PROLOGUS. SCI. SULPICII. EPISCOPI.

Ab initio usq; in finem per singula loca & generationes
reor non defuisse viros a do electos in quibus
gratia sci sps refulgeret. & per quos signa miraculo
rum dns & consolationem & provocationem sequa
rentium manifestare videretur. Sicut a moderno
tempore per unius antistitis sui sulpicii unde mihi
sermo est. dignatus est merito vitae eius multa &
mirabilia ostendere. De quo opus imperantibus
fratribus ut aliquid quod noveram ad memoriam
posteritatis profutura scribere debere. quod me in
iuncti operis huius onus imparem esse scio. Nec pos
se tantae virtutis viri di adnotare. quod ab initio
adulescentiae suae operatus est. Congruis verbis
ut dignum est exprimere. sed tamen ut nec contu
maciter abnuere iniunctionem eorum. vel pauca
quae ipse vidi. vel eorum relatione qui ei ab adules
centia usq; ad decrepitam senectutem ministraver.
vel quod plurimorum fidelium qui viderunt inno
tuerunt pauca pstringere curavi. EXPL PROL.

INCIPIT. VITA. SCI. SCI. SULPICII. EPI. CUIUS. DEPOSITIO EST. XVI. KL. FEBR.

Igitur beatus sulpicius eps dum adhuc in seculari
habitu in domo parentum consistere videretur.
ita bonis operibus deditus. ut nihil aliud magis vide
retur agere. quam aut ecclesias aedificare. aut
monasteria construere. aut in operibus misericor
diae circa pauperes infatigabiliter exercere. & a
more castitatis copula matrimonii exspreuisse vi
sus est. & cum dns iam sui voti & boni propositi sa
tis facere dignaretur. decisa corona capitis sui/ce
sariae suscepit clericationis. & succedentibus gra
dus ecclesiasticae dignitatis. usq; ad eum locum ut e
lectionem populi & clericorum convenientia episco
patus dignitate ascenderet. In quo officio nihil
aliud magis insistebat/iuxta ecclesiae regimine
quam curam gereret pauperum. & summa mensa

elaboraret illis semper alimenta et quibus tegerentur.
Vir quoque com mansuetudini huius necessaria nobilis uir
nomine theodogislus domesticus ex petenti causa
ad memoratum pontificem uenit. Ille solita dilec
tione benigne eum recepit. et praeparare conuiuium
iussit. Cum esset hiemis tempus. ut frigoris iam in
iuria ministri habere uiderentur. copioso igne ac
cenderent. et dum nemo sollicitus de incendii casu
contigit contectione domus illius concepisse ignem.
Et concepit maior flamma in ipsius incendii dilata
re et inualescere. Ita ut conuiuantes et celeriter in pa
uore conuersi. nihil aliud cogitabant quam rapi
de cursu foras procedere. Et tamen illi qui in tectum
ascendere debuerant. ob dificultatem ascensus as
cendere non ualerent. et flamma illa magis ma
gisque inualesceret. eleuans idem beatus sulpicius
episcopus manum. crucis uexillum opposuit. ipsius in
cendii mira uirtute quieuit. qui tunc uiderunt
et hodie super sunt. tanta celeritate flamma illa
quieuit et extincta est. ut antequam manum suam
ipse pontifex ad se colligeret. tamquam multa
aqua desuper fusa fuisset. omne in loco incendium illum
fuisse sedatum. Nec multum postquam tri
gundo aldus homo aliquis refert filium suum
adulescentulum circiter x. annorum elinguem.
et a natiuitate sua intellegibilem sermonem
numquam fuisse locutum. cum ante praefatum
antistitem adduxit et insinuauit causam. Ille
manus oculosque extendens ad caelum praemissa
oratione tetigit labia ipsius pueruli. et signum
crucis impressit. et linguam manu sua adtrectauit.
Adfuit domini misericordia. confestim eo locutus est.
et adhuc hodie super est et absolute loquitur.

Nec hoc praetereundum putaui quod tempore
uitae suae. uir sanctus Bituricas in ciuitate nullum
sinuit. nec hereticum nec gentilium aut iudeum
sine baptismi gratia habitare. Nam cum iudei
illo tempore bituricas in ciuitate esse uide
rentur. et ille eos sepius blande adloqueretur.
et praedicaret eis uerbum diuinum quod iuxta
euangelium nullus regnum dei posse intrare.
nisi qui ex aqua et spiritu sancto renasci uideretur.
et diebus ac noctibus pro eorum conuersione dominum mi
sericordiam depraecabatur. Illi obtemperan
tes ei. primum pauci deinde omnes ad baptis
mi sacramenta in ecclesia conuenerunt. qui
baptizati ab ipso pontifice. hodieque sub christiana
disciplina degere uidentur. quis clericorum
ad comparationem beati uiri possit sic perpe
tuis noctibus uigilare. Aut ad mensuram illius
ieiunare. cum nocte in ecclesiam ueniret an
tequam librum psalmorum psallendo finiret.
de ecclesia non recedebat. Eo tempore faciente
cupiditate. dagobertus rex praecepit fautori
suo lulloni hominem ferocem moribus et sine
ullo uestigio misericordiae. ut plebem bethu
ricam insueto censu imponeret. et sub pensi
onem census uiuerent. et regis imperium deser
uirent. qua adflictione uniuersus populus
regionis illius congregati ad memoratum uirum
dei. tanta multitudo plangentium conuenit.
et eleuata lamentatione confusa uoce deprecantes
dei uirum. ut sibi subuenire deberet. Ille motus
pietate non sustinens eorum heiulatum et lacri
mas. cum clericis indicto ieiunio per triduum
domini postulauit misericordiam. ut memorati po
puli sui releuaret afflictionem. Misit quendam
de clericis suis nomine ebrigiselum. qui memo
ratum regem pro hoc scelere redarguere deberet.
et denuntiaret ei celerem interitum. nisi hoc fue
rit celerius emendatum. Hoc facto. rex uero
metu deterritus. confestim praecepit populum illum
de ipso censu releuare. et discriptione ipsa quae
facta fuerat reddere. Et populus ille ab ipsa
afflictione releuatus. hodieque in pristinam per
manet libertatem. nihilominus ultione diuina
creditur et regem et fautorem suum post bre
ue spatium interisse. Cum se memoratus ponti
fex tantum onus inter ecclesiam christi sollicitudinem
et pauperum curam uel uniuersae plebis negotia
uideret segniter praegrauari. Petiit sibi
a rege socius haut oferens sub postandum

Cui rex prebuit adsensum · et dedit quem petierat
uirum prudentissimum cui uocabulum est uulfo
leodo · qui suscepto episcopatu huius urbis · adhuc
hodie in dei nomine regit ecclesiam · Ille uero sub
ea humilitate qua prius pauperum curā gerebat
magis magisque deinceps assidue pauperum sub
ministrare uidebat' · Nonnulli uero eum de
trahebant · cur episcopatu relicto alteri tradidisset ·
et in quorumdam animalium multiplicatione
delectaret · sed ille incepto opere persistebat ·
et laudem humanam fugiens · et iactantiam uani
tatis deuitans · semper persistebat ut pauperibus ab
indigentiam uictu ac uestitum releuaret ·
Et post haec consummata iam uetate sui temporis
plenus dierum in pace migrauit ad dnm ·
Et cum de ecclesia ad tumulum deferetur · tanta
multitudo pauperum lugentium repleuit ectam ·
plateas uniuersas constipatas · Confusa uoce in
caelo tales · Tantus fragor habebatur · ac si
tonitruum magnum · locus ille concutere uide
ret · Et inter plangentium uocibus sermo alius
non audiebatur · nisi omnes clamabant · Pastor
bone cur nos desederis · et cui nos derelinquis ·
hodie in morte tua omnes nos constat mori ·
Peruenit ad basilicam quam ipse sibi antea con
struere praeceperat · Inlatus in sepulchrum · pau
peres illi non sustinebant absentiam pastoris ·
Iacebant ut cadauera in ecclesia tanta multitu
do · ut nec ministri ecclesiae bibere possint
officium suum implere · Nec mora paucis euo
lutis dieb; quidam debilis qui longo tempore
arefactis membris neruorum contractionē
propriis pedibus incedere non ualebat · In lo
co illo orationi insistens · ita recipit sanitatem ·
ut absque sustentione baculi propriis gressibus
in ciuitate remeare uideretur · Quid multa
quantum uenerabilis illi abba domno et sui
monachi qui die noctuque in memorata basilica
dī officio uacare uidentur · et uigilias sedulis
scopare ferunt · tanta languentium multitudo
in ibi ipsi sci gratia de diuersis infirmitatibus
curatuē · ut caeci uisum · surdi auditum · claudi
incessum · et qui maligni spiritus crudelitate in
flicta uideantur · atrocitate membrorum multi
tudo credit' intercessione supradicti beati uiri
omis sanitate recepta · alacriter ad propria repe
darunt · Ex quibus multi in ciuitatem uisi sunt qui
se dicebant longa temporum caecitate per cursos
dare uidentes · et multi de diuersis infirmitatibus
sanati · Et cum istud dns in illo dignatus est ostende
re miracula sanitatum · Non solum haec fama
uicinas ciuitates uerum etiam longa spatia
regionū tamquam pinnigero uolatu repleuit ·
Itaque ut hinnumerabilis multitudo plangentium in
diuersis uehiculis ad locum sepulturae praefatum
confluxerit · ut nec capitas illius basilicae tanta
multitudine possit recipere · nisi prouidentia pre
fati abbatis basilica illa maxima ex parte ampli
asset · De qua multitudine infirmantium multi
in loco ipso sanitate percepta benedicentes dnm mi
sericordiā · ad propria alacriter reuesterunt ·
Quid de illo cicindilo dicam · qui est ante sepulcrum
ei' quem nsr semel fuit se impletum · et exundante
multitudo olei qui desuper labebatur in terra ·
multa per unctā de infirmitate sua exutissunt ·
Quia longum est per singula memorare quae ibidem
dns signa sanitatum dignatus est demonstrare ·
Nec hoc patitur modus huius aepistoliae · quod ad
huc magna referuntur in populo diuersa infirmi
tate depressi fieri sanitates · ista breuiter compre
hensa sufficiunt · Locus ille ubi ipsa basilica ubi
memoratus sepultus est uir dī nominatur nauis ·
eo quod ibidem portus nauigiae esse uideretur ·
Locus amoenissimus inter duos amnes nemorib;
et uinearum copiosus prati fluminibus inter
fusa inmensa planicies · ut ibidem habitantibus
similitudinem paradisi uideantur possidere ·
In quo loco gratia dnī ad salutem generis humani
perseuerare dignatur · ipso prestante qui in
trinitate perfecta uiuit et regnat unus ds
aeternus · et sine fine incommutabilis permanet
in saecula saeculorum · amen ·

Expl uita sci sulpicii epi